



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Apollinaris V. 5. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

20 VITÆ SANCTORUM. 5.Ian.
nón in cælos , cum pessimo aurigâ abivit
currus. At SIMEON , ut eâdem poenâ &
se , & hostem ultum iret , uno , ut erat
tum , pede , annum solidum perstigit.
Mortuus est deinde anno ab orbe restaura-
raro CDLX. ætatis CIX. atque, ut viciſſe
ſcires, etiam post mortem ſterit. Ex Surio.

*Quid anime prodest , hēſternum diem
tranſegiſſe in actione virtutis , ſi hodie velut
desertor deſcriveris ab opere iuſtitiae ? Qua-
leſ enim te invenero , ait Scriptura , talem
te judicabo. S. Basil. in Epift.*

S. APOLLINARIS V. 5.Ian.

E ununchum ſpecta ; ſed apage illum
Parnassi ruborem : hunc , quem dici-
mus , virginitas dedit , cælum riſit , vel ,
ſi mavis lacrimas , has quoque affudit
cum ſuis ridenda Venus , Sed nunc ar-
gumentum fabulæ habe. Fuit A P O L-
L I N A R I S altera Anthemii viri Con-
ſularis F. alteram dæmon malus inſide-
bat. Illa Christum ſponſum cogitabat ,
at hominem parentes. Quid nī etiam
ſanctus amor hominum oculos luderet
ingeniosus ? Abit Jerosolymam cum no-
biliſſimorum parentum veniā A P O L L I-
N A R I S ; comites ſervulos , ancillas , opes
trahit. Redux ex itinere has omnes in
egenos ſpargit , illos manu mittit , uno
alterōve duntaxat retento. Hos quoque
piè fallit , & ſilvas habitat , jam ubi
æſtus

2. Ian. VITÆ SANCTORUM. 21
æstus culicumque morsus corpus animumque durarunt, & formam illam augustam extinxerunt, prodit è latebris monachum induit, Eununchum se dicit, Dorotheum apud Macarium nominat. Interea adest soror, & è sorore pellendus dæmon. Pellitur à Dorotheo. Sed redit & præstigiis gravidam filiam Anthemii oculis exhibit, simul parentem Dorotheum mentitur. Hicet hic ad patrem raptatur, inde ad crucem raptandus. At Dorotheus parentibus, & sorore in locum solum abductis, hanc iterum sanat, illis, posita tantisper personâ, filiam se probat. Mox ad scenam suam revertens ereenum, pergit monachos, orcum, orbem ludere s dum denique cum omnium plausu castissimam larvam mors detraxit. Ex Sur. & Men.

Indicamus bella peccatis, conflictum vi-
tiis nunciemus, securi de victoria; quia nec
arma cœlestia hostes poterunt superare terre-
ni, nec divino Regi adversa poterunt con-
traire mundana; neque vigilantes & so-
brios Diabolus perturbare suis superventi-
nibus poterit. S. Pet. Chrys. f. 12.

S. EDUARDUS REX. 5. Ian.

E DUARDUM in utero adhuc latitantem
fortuna tamen Angliæ Regem legit:
firmavit electionem celum: siquidem